cum bella non gero. At senatui quae sint gerenda praescribo et quo modo, Karthagini male iam diu cogitanti bellum multo ante denuntio; de qua vereri non ante desinam, quam illam excisam esse cognovero. 19. Quam palmam utinam di immortales, Scipio, tibi reservent, ut avi reliquias persequare! Cuius a morte sextus hic et tricesimus annus est, sed memoriam illius viri omnes excipient anni consequentes. Anno ante me censorem mortuus est, novem annis post meum consulatum, cum consul iterum me consule creatus esset. Num igitur, si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suae paeniteret? Nec enim excursionem nec saltu nec eminus hastis aut comminus gladiis uteretur, sed consilio, ratione, sententia. Quae nisi essent in senibus, non summum consilium maiores nostri appellarent senatum. 20. Apud Lacedaemonios quidem ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes. Quod si legere aut audire voletis externa, maximas res publicas ab adulescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis.

Cedo, qui vestram rem publicam tantam amisistis tam cito?

nunc — *cum* 'jetzt, wo' (nicht *ubi*!); *non* 'keine' (nicht *nulla*!).

male — *cogitanti* 'Böses im Schilde führen'.

denuntio 'kündige drohend an'. Er schloß nämlich jede Rede im Senat mit 'Ceterum censeo Karthaginem esse delendam' (Plut. Cat. c. 27 *δοκεῖ δέ μοι καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι*).

de 'in Betreff'.

§ 19. *palmam* 'Siegespreis'.

ut — *persequare* 'damit du vollendest, was dein Großvater übrig gelassen'. Wunsch ex eventu.

avi, des ältern P. Cornelius Scipio, dessen Sohn unsern Scipio adoptiert hatte.

sextus hic et tricesimus, also 185, da das Gespräch in d. J. 150 fällt. Nach Livius 39, 50 ist Scipio 183 (mit Hannibal und Philopoemen) gestorben.

excipient 'wird sich fortpflanzen auf —'.

Anno ante, zu § 10 *anno post*. *censorem* 184.

paeniteret 'würde er unzufrieden gewesen sein', eine Bedeutung, die

das Wort öfters hat. Der Coni. Imperf. zur Bezeichnung der Dauer.

enim 'freilich' mit Ironie.

excursione — *saltu* — *uteretur*, im D. die einfachen Verba.

ratione 'Überlegung'; *sententia* 'Gutachten', besonders bei der Abstimmung im Senate.

Quae 'diese Gaben', zu § 12 *praecleara*.

§ 20. *quidem* 'ja, doch', zur Einführung eines wichtigen historischen Beispiels. S. Anh. II B. XI.

ut sunt, zu § 12 *id quod evenit*.

senes. Die Gerusia in Sparta bestand aus 28 über 60 Jahre alten Geronten. *etiam* 'sogar' ist hinzugefügt, weil dieselben bei den Lacedämoniern geradezu *γέροντες* hießen, während die Römer sie mit dem abgeleiteten Worte *senatores* bezeichneten.

Quod si 'überhaupt wenn', das Allgemeinere an das Spezielle anknüpfend.

externa, wie § 12.

Cedo, qui 'sage an, wie . . .' Der Vers ist ein akatalektischer jambischer Tetrameter, ebenso wie der folgende.

Sic enim percontantur [ut est] in Naevi poëtae Ludo: respondentur et alia et hoc in primis:

Proveniēbant oratores novi, stulti adulescētuli.

Temeritas est videlicet florentis aetatis, prudentia senescentis.

VII. 21. At memoria minuitur. Credo, nisi eam exerceas aut etiam si sis natura tardior. Themistocles omnium civium perceperat nomina. Num igitur censetis eum, cum aetate processisset, qui Aristides esset Lysimachum salutare solitum? Equidem non modo eos novi, qui sunt, sed eorum patres etiam et avos, nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne memoriam perdam; his enim ipsis legendis in memoriam redeo mortuorum. Nec vero quemquam senem audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Omnia, quae curant, meminere, vadi-
monia constituta, quis sibi, cui ipsi debeant. 22. Quid? iuris

On. Naevius aus Campanien, Nachfolger des Livius Andronicus, des ältesten römischen Dichters, ein Menschenalter älter als Ennius. Sein Hauptwerk, das bellum Punicum, ein Epos im saturnischen Maß. Er schrieb außerdem Tragödien und besonders Komödien. *Ludus* ist wahrscheinlich Titel eines Stückes. Er starb 204.

Proveniēbant 'es kamen auf', von hervorwachsenden Pflanzen übertragen.

§ 21. *At*, 'aber, wird man sagen'. Selbstgemachter Einwurf. S. Anh. II, B. VII. Die Widerlegung beginnt mit dem ironischen *Credo*, dem eine Einschränkung durch *nisi* folgt. S. Anh. II, B. VIII.

memoria. Die Gedächtniskraft ist bei Besorgung von Geschäften unentbehrlich.

tardior öfter auf den Geist übertragen.

Themistocles. Das Exemplum ohne Partikel, s. Anh. II, B. XI.

perceperat hatte sich angeeignet = wußte.

qui Aristides esset. Die Umschreibung des Objektsaccusativs ist der größeren Deutlichkeit wegen notwendig. *Salutare* nach Analogie der Verba des Nennens mit doppeltem Accusativ.

Lysimachus, Vater des Aristides. *qui sunt* 'die jetzt Lebenden'.

sepulcra legens. Die Grabschriften

benutzte er für seine *Origines*. Es wird hier auf den damals verbreiteten Aberglauben angespielt, daß das Lesen von Grabschriften dem Gedächtnisse schade.

quod aiunt, häufiger *ut aiunt*, *ut* (*quod*) *dicitur*, sonst eine sprichwörtliche Redensart einführend.

in memoriam redeo. Merke, daß unser: sich etwas in das Gedächtnis zurückrufen in *memoriam alicuius rei redire* ist, und daß *revocare* nur mit dem Objekt *memoriam alicuius rei* und stets ohne *sibi* gebraucht wird = etwas in das G. zurückrufen.

quemquam senem, da man *nemo senex* sagt; *quemquam* ist auch hier substantivisch und ist *senem* prädikativ zu fassen.

quo loco 'den Ort, an welchem', zu § 6 *didic. quibus rat.*

quae curant = *quae iis curae est. vadi-
monia constituta* 'festgesetzte Termine'. *Vadimonium* ist die durch Bürgen (*vades*) gegebene Versicherung, an einem bestimmten Tage vor Gericht zu erscheinen (*vadimonium promittere*).

quis sibi, cui ipsi. Der Chiasmus steht gern in Gegensätzen.

debeant, hier in der ursprünglichen Bedeutung: 'schuldig sein' (de-habeo).

§ 22. *Quid?* 'ferner, frage ich', rhetorische Übergangsform. S. Anh. II, A. III.

consulti, quid? pontifices, quid? augures, quid? philosophi senes quam multa meminerunt! Manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria, neque ea solum in claris et honoratis viris, sed in vita etiam privata et quieta. Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit; quod propter studium cum rem negligere familiarem videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut, quem ad modum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat et proxime scripserat, Oedipum Coloneum, recitasse iudicibus quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato sententiis iudicum est liberatus. 23. Num igitur hunc, num Homerum Hesiodum, Simonidem Stesichorum, num, quos ante dixi, Isocraten Gorgian, num philosophorum principes, Pythagoram Democritum, num Platonem, num Xenocratem, num postea Zenonem Cleanthem aut eum, quem vos etiam vidistis Romae, Diogenem Stoicum coëgit [in suis studiis] obmutescere senectus? An in omnibus his studiorum agitatio vitae aequalis fuit? 24. Age,

Manent mit Nachdruck asyndetisch vorangestellt.

ingenia, der Plural teils mit Rücksicht auf die mannigfachen Aufse-
rungen und Arten des Abstractum, teils mit Rücksicht auf die Mehrheit der Subjekte (*senibus*).

honoratis 'welche Ehrenstellen bekleidet haben'.

Sophocles, s. § 21 Themistocles. *studium* 'Beschäftigung'.

nostro more, nach einer Bestimmung des Zwölftafelgesetzes.

male rem gerentibus 'schlecht-wirtschaftenden'.

bonis sc. administrandis. *fabulam* 'Stück'.

in manibus habebat 'noch unter den Händen hatte'.

proxime 'ganz kürzlich'.

Oedipum Coloneum, die letzte Tragödie des Sophokles, *Οἰδίπῳς ὁ ἐπὶ Κολωνῶ*, so genannt nach dem Demos Kolonos, nahe bei Athen, wo Oedipus im Haine der Erinyen endlich von seinen Leiden Ruhe fand.

carmen 'Dichtung'; *sententiis* 'Stimmen'.

§ 23. *Hesiodus*, aus Askra in Bötien, nach Homer der älteste griechische Dichter. Seine Haupt-

werke sind die *Ἔργα καὶ ἡμέραι*, ein Epos vom Ursprunge der Götter, und *Ἔργα καὶ ἡμέραι*, ein besonders auf den Landbau bezügliches Lehrgedicht.

Simonides aus Keos, berühmter Lyriker, verherrlichte die Siege über die Perser.

Stesichorus aus Himera in Sicilien, um 600, ebenfalls lyrischer Dichter.

Isocraten, Gorgian, zu § 13.

Pythagoras aus Samos, geb. um 580, stiftete in Kroton in Unteritalien eine religiös-politische Genossenschaft.

Democritus aus Abdera in Thracien, geb. 460, Begründer der philosophischen Atomenlehre.

Xenocrates, Schüler des Plato u. Lehrer an der von Plato gestifteten Akademie.

Zeno aus Kitium in Cyprien, Stifter der stoischen Schule, um 300.

Cleanthes, Schüler Zenos.

Diogenes Stoicus, aus Seleucia in Babylonien. Er gehörte zu der berühmten Philosophengesandtschaft. S. Einl. 3.

An 'doch wohl', wie § 15. *agitatio* 'die Betreibung'.

vitae aequalis fuit, 'hielt gleichen Schritt mit dem Leben'.

§ 24. *Age*, lebhaftere Übergangs-

ut ista divina studia omittamus, possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos, vicinos et familiares meos, quibus absentibus numquam fere ulla in agro maiora opera fiunt, non serendis, non percipiendis, non condendis fructibus. Quamquam in his minus hoc mirum est: nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse vivere: sed idem in eis elaborant, quae sciunt nihil ad se omnino pertinere:

Serit arborés, quae alteri saeculo prósent,

ut ait Staius noster in Synephebis. 25. Nec vero dubitat agricola, quamvis sit senex, quaerenti cui serat respondere: 'Dis immortalibus, qui me non accipere modo haec a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere.'

VIII. Et melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam illud idem:

*Edepol, senectus, si nil quidquam aliud viti
Adpórtes tecum, cum ádvenis, unum id sat est,
Quod diu vivendo multa, quae non vólt, videt.*

form: 'ferner', sonst gewöhnlich mit folgendem Imperativ, Coniunctivus hortativus, oder direktem Frage-satze. S. Anh. II. A. III.

divina studia 'edlere Beschäftigungen'.

possum nominare, Figur der Praeteritio, deren Tendenz ist, eine Sache scheinbar zu übergehen, um sie erst recht zu erwähnen. S. Anh. II. A. IX.

agro Sabino, wo C. sein Landgut hatte.

opera häufig 'Feldarbeiten' = ἔργα.

serendis — fructibus. Die Abl. gerund. bezeichnen die Art und Weise der Beschäftigung; *percipiendis* 'ernten', *condendis* 'einfahren'.

in his (Neutr.), den eben erwähnten Geschäften, von denen selbst ein Greis hoffen darf noch Nutzen zu haben, im Ggs. zu *Serit arborés*.

annum 'noch ein Jahr'. Über die Anlassung von *unus* zu § 10 anno.

elaborare, stärker als *laborare*: 'mit Anstrengung sich bemühen'. Vgl. *niti — eniti, orare — exorare*, (§ 42), *docere — edocere, mori — emori* (§ 71).

nihil omnino 'durchaus nichts'.

pertinet aliquid ad aliquem entweder, wie hier, von dem Vorteil, den etwas für jemanden hat, oder, wie § 82 = *attingere*.

Serit ff. Vier Bacchien (∪ ∟ ∟). *saeculo* 'Generation'.

ut ait Staius, stehende Stellung. Über die Form des Testimonium s. Anh. II. B. XIII.

Caecilius Staius aus Insubrien, älterer Zeitgenosse des Terenz, bearbeitete die *Synephebi* (= Jugendfreunde) für die römische Bühne.

noster, im Gegensatz zu den § 23 genannten Griechen. Niemals aber steht *noster*, wie das deutsche 'unser' von Personen oder Sachen, mit denen man gerade beschäftigt ist, statt *hic*.

§ 25. *haec*, auf *serat* bezogen, aber verallgemeinernd: 'diese Güter', zu § 12 *praeclara*.

Cap. VIII Degression — § 26. *Sed videtis*: Widerlegung von zwei andern Aussprüchen desselben Dichters. *idem*, Cäcilus.

Edepol ff. iambische Senare.

quidquam, pleonastisch neben *nil*. *videt* 'erlebt'. Das allgemeine Subjekt 'man' steckt in *diu vivendo* = *si quis diu vivit*.

Et multa fortasse, quae volt! atque in ea, quae non volt, saepe etiam adulescentia incurrit. Illud vero idem Caecilius vitiosius:

*Tum equidem in senecta hoc depúto miserimum,
 Sentire ea aetate eumpse esse odiosum álteri.*

26. Iucundum potius quam odiosum. Ut enim adulescentibus bona indole praeditis sapientes senes delectantur leviorque fit senectus eorum, qui a iuventute coluntur et diliguntur, sic adulescentes senum praeceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur; nec minus intellego me vobis quam mihi vos esse iucundos. Sed videtis, ut senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam sit operosa et semper agens aliquid et moliens, tale scilicet, quale cuiusque studium in superiore vita fuit. Quid? qui etiam addiscunt aliquid? ut et Solonem versibus gloriantem videmus, qui se cotidie aliquid addiscentem dicit senem fieri, et ego feci, qui litteras Graecas senex didici; quas quidem sic avidè adripui quasi diuturnam

Et multa. Durch *et* in der Widerlegung wird der Gedanke des Gegners scheinbar fortgesetzt, in Wahrheit aber wesentlich modifiziert, oder geradezu aufgehoben. S. Anh. II. B. VIII.

atque 'dabei aber' (zu § 16) hebt die Wichtigkeit des ergänzenden Zusatzes hervor.

adulescentia, nicht kollektiv, sondern 'Jünglingsalter'. Dagegen häufig kollektiv *iuventus* (§ 26 u. ö.) und *senectus* (§ 34).

vitiosius 'noch verkehrter'. So ist häufig 'noch' beim Komparativ zu ergänzen, zu § 3 *saepè*. Zum *exemplum contrarium* s. Anh. II, B. XI.

Tum equidem ff. ebenf. Senare.

eumpse altertümlicher Accusativ = *ipsum* (*ipse* = *is-pse*). Vgl. *reapse* aus *re eapse* = in der That.

odiosum, wie § 4; *alteri* 'seinem Nächsten' (nicht *proximo*!).

§ 26. *Iucundum* ff. Die Widerlegung in dialogischer Form, äußerlich nicht kenntlich. S. Anh. II, B. VIII.

indole, stets im Singular. *diliguntur* (*dis-lego*) aus Achtung, *amare* aus Neigung lieben.

virtutum studia 'tugendhafte Bestrebungen'. Durch das Substantiv

wird der adjektivische Begriff nachdrücklich hervorgehoben.

me vobis — mihi vos, zu § 21 *quis sibi — cui ipsi*. Mit *Sed* kehrt C. abbrechend nach der Degression zur Sache zurück.

ut hebt die Art und Weise der Handlung hervor.

operosa 'geschäftig'.

agens — moliens 'thätig — unternehmend'. Die zu Adjectivis gewordenen Participia bezeichnen die bleibende Eigenschaft.

tale — fuit 'selbstverständlich in einer — entsprechenden Weise'.

cuiusque sc. *senis*.

Quid? qui 'was sagst du zu denen, die —?' S. Anh. II, A. III.

gloriantem videmus. *videre* mit dem Participium hebt den Zustand, mit dem Infinitiv (s. weiter unten: *me — uti videtis*) die Handlung hervor. Der Vers Solons lautete: *γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος* (Pentameter).

litteras 'Litteratur'; *senex* 'noch in meinem Alter'.

didici 'ich studierte', eine Bedeutung, die *discere* nicht selten hat. *adripui*, hier, wie § 78, vom eifrigeren geistigen Ergreifen.

quasi mit dem Participium findet sich nur vereinzelt.

sitim explere cupiens, ut ea ipsa mihi nota essent, quibus me nunc exemplis uti videtis. Quod cum fecisse Socratem in fidibus audirem, vellem equidem etiam illud — [discebant enim fidibus antiqui] —, sed in litteris certe elaboravi.

IX. 27. Nec nunc quidem vires desidero adolescentis — is enim erat locus alter de vitiis senectutis —, non plus, quam adolescens tauri aut elephantum desiderabam. Quod est, eo decet uti et, quicquid agas, agere pro viribus. Quae enim vox potest esse contemptior quam Milonis Crotoniatae? qui, cum iam senex esset athletasque se exercentes in curriculo videret, aspexisse lacertos suos dicitur inlacrimasque dixisse: 'At hi quidem mortui iam sunt.' Non vero tam isti quam tu ipse, nugator! Neque enim ex te umquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis. Nihil Sex. Aelius tale, nihil multis annis ante Ti. Coruncianus, nihil modo P. Crassus, a quibus iura civibus praescribebantur; quorum usque ad extremum spiritum est profecta prudentia. 28. Orator metuo ne languescat senectute; est enim munus eius non ingenii solum,

in fidibus, wir: 'mit dem Saitenspiel'.

vellem ff. Ergänze: *si fieri posset. fidibus* sc. *canere. elaboravi*, zu § 24.

Cap. IX—XI Widerlegung des zweiten Anklagepunktes.

§ 27. *Nec nunc quidem* 'auch vermisse ich, wenigstens für jetzt nicht'. *Nec* gehört nicht zu *quidem*, sondern zum ganzen Satze.

locus 'Teil einer Abhandlung' (nicht *pars*!).

vitiis 'Gebrechen'.

non plus quam = non magis quam 'ebensowenig, als', wenn der Inhalt des Satzes, wie hier, negativ ist.

tauri 'diejenigen (nicht *eis*!) eines St.'

Quod est 'was man hat'.

Quae enim vox ff. Rhetorische Frage (interrogatio s. Anh. II, B. I.) mit negativem Sinne: 'wo (nicht *ubi*!) giebt es...' *vox* 'Äußerung' des Gefühls und der Leidenschaft, *dictum* des Verstandes u. Witzes.

contemptior. Durch Part. Perf. Pass. werden die im Lat. öfters fehlenden Verbaladjektiva auf *ilis* ersetzt, wie *acceptus*, *infinitus*, *inplacatus*, *invictus*, *incorruptus* (unbestechlich), *optatus* u. a.

Milo aus Kroton in Unteritalien, berühmter Athlet, um 580 v. Chr.

At in affektivem Ausruf.

quidem 'leider'.

mortui 'abgestorben'.

Non vero tam isti 'Nein, nicht sowohl diese', zu § 6 *faciam vero. ex te* 'wegen deiner (ganzen) Persönlichkeit'.

Nihil tale sc. *dixit* 'nichts der Art'. Zum exemplum contrarium s. Anh. II, B. XI.

Sextus Aelius Paetus Catus, 198 Konsul, *Ti. Coruncianus* (zu § 15) u. *P. Licinius Crassus*, Konsul 205, waren durch ihre Kenntnis des Rechts ausgezeichnet.

modo relativ, im Gegensatz zu *multis annis ante*. Genau genommen sind es einige 30 Jahre.

est profecta 'sich fortsetzte'.

prudentia, wie § 1.

§ 28. *Orator*, 'was den R. betrifft'. So wird oft das deutsche 'was — betrifft' im Lat. durch die bloße Voranstellung des Hauptbegriffs wiedergegeben. Der Einwurf ist ein selbstgemachter und zwar ohne jedes äufere Kennzeichen. S. A. II, B. VII.

est — munus eius 'es erfordert sein Beruf'.

sed laterum etiam et virium. Omnino canorum illud in voce splendescit etiam nescio quo pacto in senectute, quod equidem adhuc non amisi, et videtis annos; sed tamen est decorus senis sermo quietus et remissus, facitque per se ipsa sibi audientiam disertis senis composita et mitis oratio. Quam si ipse exsequi nequeas, possis tamen Scipioni praecipere et Laelio. Quid enim est iucundus senectute stipata studiis iuventutis? 29. An ne illas quidem vires senectuti relinquemus, ut adulescentes doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? Quo quidem opere quid potest esse praeclarius? Mihi vero et Cn. et P. Scipiones et avi tui duo, L. Aemilius et P. Africanus, comitatu nobilium iuvenum fortunati videbantur, nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis consenserint vires atque defecerint. Etsi ipsa ista defectio virium adolescentiae vitiis efficitur saepius quam senectutis. Libidinosa enim et intemperans adolescentia effertur corpus tradit senectuti. 30. Cyrus quidem apud Xenophontem eo sermone, quem moriens habuit, cum admodum senex esset, negat se umquam sensisse senectutem suam imbecillio rem factam, quam adolescentia fuisset.

virium, zu § 17.

Omnino, mit folgendem *sed* oder *sed tamen* = 'allerdings'. S. Anh. II, B. VIII.

canorum 'klangvoll, sonor'.

splendescit 'tritt glänzend hervor'. *nescio quo pacto*, wie *nescio quo modo*, *nescio quis* (quid) ohne Einfluß auf die Konstruktion.

adhuc non 'bis jetzt nicht'. *Non-dum* würde ausdrücken, daß er den Verlust erwarte.

et vor videtis adversativ 'und doch —'.

sed tamen 'doch abgesehen davon'.

decorus ist Prädikat.

remissus, Ggs. *intentus*, 'gelassen'.

facit — audientiam 'verschafft sich Gehör'?

composita 'gesetzt, leidenschaftlos'. Vgl. Quintil. VI 2, 9 *Affectus igitur hos concitatos πάθος, illos mites atque compositos ήθος esse dixerunt*.

praecipere, absolut = *praecepta dare*.

Scipione, emphatisch, wie schon die Stellung andeutet 'einem Sc.' *studiis iuventutis* 'lernbegierige Jugend' zu § 26 *virtutum studia*.

Durch die Allitteration und die drei Abstracta erhält der Schlufsgedanke poetische Färbung.

§ 29. *instituat* 'unterweise', *instruat*, 'ansrüste'.

Quo quidem opere quid ff. *Epi-phonem*, s. Anh. II, B. XII.

Scipiones. Beachte den Plural im Lat. Beide Brüder fielen in Spanien 212 im Kampfe gegen Hasdrubal.

L. *Aemilius Paulus*, der in der Schlacht bei Cannä (216) fiel, Vater des *Macedonicus*, der natürliche Großvater unseres *Scipio*.

P. *Africanus*, der Adoptivgroßvater, zu § 19.

nec ulli — non 'und überhaupt sind alle'.

Etsi, zu § 2.

§ 30. *Cyrus quidem*, zu § 20 *Apud Lacedaemonios quidem*.

apud Xenophontem wir: 'im X.' (nicht in *Xenophonte*!), nämlich *Cyrop.* VIII 7, 6: *τοῦτον γήρας οὐδενώποτε ήσθόμην τής έμής νεότητος άσθενέστερον γινόμενον*.

moriens 'auf seinem Sterbebette'. *cum — esset* 'in hohem Alter'.

Über *admodum* bei Substantiven vgl. § 10.

Ego L. Metellum memini puer, qui cum quadriennio post alterum consulatum pontifex maximus factus esset, viginti duos annos ei sacerdotio praefuit, ita bonis esse viribus extremo tempore aetatis, ut adulescentiam non requireret. Nihil necesse est mihi de me ipso dicere, quamquam est id quidem senile aetatique nostrae conceditur. X. 31. Videtisne, ut apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet? Iam enim tertiam aetatem hominum videbat, nec erat ei verendum, ne vera praedicans de se nimis videretur ut insolens aut loquax. Etenim, ut ait Homerus, 'ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio', quam ad suavitatem nullis egebat corporis viribus. Et tamen dux ille Graeciae nusquam optat, ut Aiakis similes habeat decem, sed ut Nestoris; quod si sibi acciderit, non dubitat, quin brevi sit Troia peritura. 32. Sed redeo ad me. Quartum ago annum et octogesimum; vellem equidem idem possem gloriari, quod Cyrus, sed tamen hoc queo dicere, non me quidem iis esse viribus, quibus aut miles bello Punico aut quaestor eodem bello aut consul in Hispania fuerim aut quadriennio post, cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas M. Glabrione consule, sed tamen, ut vos videtis, non

L. Caecilius Metellus, besiegte als Consul 261 im ersten punischen Kriege Hasdrubal bei Panormus. Zum zweiten Mal Consul 247.

puer, wir abstrakt: 'aus meiner Kindheit'.

necesse est mihi — dicere, Beispiel des Dativus cum inf. bei necesse est. conceditur 'zu gute gehalten wird'.

§ 31. ut, zu § 26 videtis ut. Über die Form des Exemplum s. Anh. II, B. XI.

apud, zu § 30.

praedicet 'rühmend spricht'.

tertiam — videbat vgl. Hom. II. I 250 ff. Τῶ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων Ἐφθιάδ', οἱ οἱ πρόσθεν ἄμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο Ἐν Πύλῳ ἠγαθή, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσαν.

Etenim zu § 15.

ut ait Homerus, II. I 249 Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκύων ζέειν αὐδῆ. Über die Wortstellung zu § 24 ut ait Statius.

nusquam, apud Homerum.

dux ille Graeciae, Agamemnon zu Nestor II. II 371 ff.: Ἀὐτὸς γὰρ Ζεὺς τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων, τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες

εἰεν Ἀχαιῶν. Τῶ καὶ τὰχ' ἠμόσειε πόλις Πριάμοιο ἀνακτος Χερσὶν ὄφ' ἠμετέροισιν ἀλοῦσά τε περθόμενῃ τε. quod si sibi acciderit umschreibt eine deutsche adverbiale Wendung.

§ 32. Sed redeo ad me, Figur des reditus ad propositum (der Rückkehr zum Thema). S. Anh. II, A. VII. quod Cyrus, s. § 30.

queo, bei Cicero selten affirmativ, sondern gewöhnlich non queo, niemals nequeo.

miles, quaestor, zu § 10, consul, tribunus militaris § 18.

depugnavi 'im entscheidenden Kampfe focht', vgl. § 18 denuntio und § 44 devicerat.

apud Thermopylas, im Kriege gegen Antiochus.

ut vos videtis. So findet sich in Gesprächen und Briefen ut scis, ut spero, ut arbitror u. a., während sonst die Verba sent. u. dic. als regierende Verba mit dem Acc. c. inf. konstruiert werden. Beachte auch die freiere, dem Gesprächs-tone angepalte koordinierte Anknüpfung in sed tamen — enervavit, statt tamen non plane me enervavisse.

plane me enervavit, non adflixit senectus; non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Nec enim umquam sum adsensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet 'mature fieri senem, si diu velis senex esse'. Ego vero me minus diu senem esse mallet quam esse senem, ante quam essem. Itaque nemo adhuc convenire me voluit, cui fuerim occupatus. 33. At minus habeo virium quam vestrum utervis. Ne vos quidem T. Ponti centurionis vires habetis; num idcirco est ille praestantior? Moderatio modo virium adsit et tantum, quantum potest quisque, nitatur: ne ille non magno desiderio tenebitur virium. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum umeris sustineret bovem vivum. Utrum igitur has corporis an Pythagorae tibi malis vires ingenii dari? Denique isto bono utare, dum adsit; cum absit, ne requiras, nisi forte adulescentes pueritiam, paululum aetate progressi adulescentiam debent requirere. Cursus est certus aetatis et una via naturae eaque simplex, suaque cuique parti aetatis tempestivitas est data, ut et infirmitas puerorum

adflixit 'hat niedergedrückt'. curia, rostra, Metonymie.

quod monet, im D. überflüssig. Im Lat. aber läßt man einen Satz nicht unmittelbar von einem Substantivum, ohne ein Verbum dicendi hinzuzufügen, abhängen.

mature fieri senem. Der Sinn des Sprichwortes ist: Wenn du lange leben willst, so mußt du bei Zeiten besonnen und mäßig, wie es dem Greise eigen ist, leben. C. aber deutet es: so mußt du bei Zeiten unthätig u. behaglich (wie ein Greis) leben.

monet — fieri. Die Verba monere u. hortari stehen auch in guter Prosa mit dem Inf., wenn sie kein persönliches Objekt bei sich haben.

Ego vero 'nein, ich', zu § 6 faciam vero.

quam essem 'als ich es wirklich wäre', zu § 12 id quod evenit.

cui — occupatus, 'für den ich keine Zeit gehabt hätte'.

§ 33. At, zu § 21 At memoria minuitur. Die Widerlegung folgt ohne äußeres Zeichen mit: Ne — quidem 'auch nicht'. S. Anh. II, B. VIII.

Moderatio virium 'mäßiger Gebrauch der Kräfte'.

quisque tritt im Lat. in der Regel in den Relativsatz.

nitatur 'sich anstrengt'.

ne (richtiger als nae) steht stets an der Spitze des Satzes und nie ohne Pron. pers. Als Pron. der 3. Person steht hic oder ille.

tenebitur 'wird fühlen'.

Milo, zu § 27. Über die Form des exemplum s. Anh. II, B. XI. umeris, nicht humeris (vgl. ὄμος). has, Milonis.

Pythagorae. Gerade dieser wird herausgehoben, weil er in Kroton, der Geburtsstadt Milos, seine Schule stiftete.

Denique, abschließend: 'kurz'.

adsit — absit. Diese durch Wechsel der Präposition gebildete Paronomasie (annominatio) ist bei Cic. häufig. Das Asyndeton u. der Chiasmus heben den Gegensatz.

Cursus ff. 'das Leben hat seine bestimmte Bahn, und die Natur hat nur einen u. zwar (eaque) einfachen Weg'.

parti aetatis 'Lebensabschnitt'.

sua — tempestivitas, 'die ihm zukommende zeitgemäße Entwicklung'.

et ferocitas iuvenum et gravitas iam constantis aetatis et senectutis maturitas naturale quiddam habeat, quod suo tempore percipi debeat. 34. Audire te arbitror, Scipio, hospes tuus avitus Masinissa quae faciat hodie nonaginta natus annos: cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere, cum equo, ex equo non descendere; nullo imbri, nullo frigore adduci, ut capite operto sit; summam esse in eo siccitatem corporis, itaque omnia exsequi regis officia et munera. Potest igitur exercitatio et temperantia etiam in senectute conservare aliquid pristini roboris.

XI. Non sunt in senectute vires. Ne postulantur quidem [vires] a senectute. Ergo et legibus et institutis vacat aetas nostra muneribus iis, quae non possunt sine viribus sustineri. Itaque non modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem cogimur. 35. At multi ita sunt imbecilli senes, ut nullum officii aut omnino vitae munus exsequi possint. At id quidem non proprium senectutis vitium est, sed commune valetudinis. Quam fuit imbecillus P. Africani filius, is qui te adoptavit, quam tenui ac nulla potius valetudine! Quod

iam constantis aetatis 'des schon gesetzten Alters', wie § 76. Sonst auch *media aetas* (§ 76), *iam confirmata* (*firmata*), *iam corroborata aetas*, aber nicht *aetas virilis*.

naturale quiddam 'etwas Naturgemäles'.

percipi 'benutzt werden', eigentlich 'geerntet werden'. Das Wort ist durch *maturitas* hervorgerufen.

§ 34. *Audire*, wie *ἀκούειν*, mit Perfektbedeutung.

Masinissa, König von Numidien, im zweiten punischen Kriege anfangs Bundesgenosse der Karthager, seit 206 Freund des älteren Scipio Africanus (*hospes tuus avitus*) und treuer Verbündeter der Römer.

hodie 'noch heute'.

omnino non 'durchaus nicht'.

siccitatem 'Festigkeit', Freiheit von Flüssen und Katarrhen.

Non sunt ff. Selbstgemachter Einwurf ohne jedes äußere Zeichen. S. Anh. II. B. VII. Die Widerlegung folgt durch *ne* — *quidem*, zu § 33. *et legibus et institutis* 'nach Gesetz und Herkommen'.

muneribus iis. So befreite das sechzigste Jahr nicht allein vom

Kriegsdienste, sondern vom Staatsdienste überhaupt.

sustineri 'versehen'.

non modo — *sed ne quidem*, mit Auslassung des *non* hinter *modo*, wegen des gemeinschaftlichen Prädikats beider Sätze.

quod non possumus, abhängig von *cogimur*, da man auch sagt: *cogere aliquem aliquid*.

§ 35. *At multi* ff. Neuer selbstgemachter Einwurf (s. Anh. II. B. VII.), dem die Widerlegung in scharfem Gegensatz ebenfalls mit *At* folgt. S. Anh. II. B. VIII.

valetudinis 'Gesundheitszustandes', vox media.

Quam fuit ff. Wir: 'Wie schwach war nicht...'

is qui 'derselbe, welcher' (nicht *idem, qui!*) steht immer dann, wenn eine genannte Person durch Angabe eines bekannten Umstandes von andern unterschieden werden soll.

quam tenui ac nulla potius v. 'wie zart, oder vielmehr wie so gar nichtig war seine G.'.

Quod ni ita fuisset umschreibt ein deutsches Adverb, vgl. § 31 *quod si sibi acciderit*.

ni ita fuisset, alterum illud exstitisset lumen civitatis; ad paternam enim magnitudinem animi doctrina uberior accesserat. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sint aliquando, cum id ne adulescentes quidem effugere possint? Resistendum, Laeli et Scipio, senectuti est, eiusque vitia diligentia compensanda sunt: pugnandum tamquam contra morborum vim sic contra senectutem: 36. habenda ratio valetudinis, utendum exercitationibus modicis, tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis. Nam haec quoque, nisi tamquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute. [Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt, animi autem exercendo levantur.] Nam quos ait Caecilius

..... *comicos stultos senes,*

illud statt *ille*, von *lumen* attrahiert.

alterum — *lumen* 'zweite leuchtende Zierde'. *Lumen* ist alles, was Licht (*lucem*) giebt. Daher bildlich von Personen, die Glanz und Ruhm verbreiten.

animi gehört zu *magnitudinem*.

paternam 'vom Vater ererbt'. *paternus*, was der Vater besitzt oder von ihm herrührt; *patrius*, 1) was dem Vater als Familienoberhaupt, und 2) was dem Vaterlande zukommt.

uberior 'reicher', nicht *divitior*, da *dives* nur reich ist an Geld und Gut.

Quid mirum? formelhafte Wendung der Umgangssprache, wie *nec mirum, minime mirum*. Daher igitur an dritter Stelle. Über die Auslassung von *est* zu § 11 *in armis*.

aliquando nach *si* 'wirklich einmal'.

vitia 'Gebrechen'; *diligentia* 'Sorgfalt' (nicht 'Fleiß').

tamquam — *sic*. Beachte die im Lat. übliche Voranstellung des relativen Satzes. Zum Inhalt vgl. Ter. Phorm. 575 *senectus ipsast morbus*.

§ 36. *utendum* 'anstellen'.

tantum, beschränkend: 'nur so viel'. Vgl. § 69, ferner § 62 *eam* nur ein solches, § 67 *pauci* nur wenige, § 72 *aegre* nur mit Mühe.

adhibendum. Merke *adhibere* = 'zu einem bestimmten Zwecke gebrauchen', *uti* 'überhaupt von etwas Gebrauch machen'. Über die Ellipse von *est* zu § 11.

non 'aber nicht', zu § 7 *non in aetate*.

Nec vero, zu § 11.

menti — *animo*. Beide Wörter verbunden umfassen alle Geisteskräfte des Menschen, indem *mens* 'Denkkraft', *animus* die übrigen Seelenkräfte (Gefühl und Wille) bezeichnet.

tamquam lumini 'wie bei einer Lampe'.

exstinguuntur, nicht passiv im D. zu übersetzen.

exere. defatigatione 'durch ermüdende Übungen' zu § 26 *virtutum studia*.

ingravescunt 'werden schwerfällig'.

Nam in der *Occupatio*. Schon durch die nachträgliche Erwähnung des gegnerischen Einwandes wird derselbe als nichtig hingestellt. Ergänze: Caecilius brauche ich nicht zu erwähnen, denn... S. Anh. II. B. VII.

Caecilius, zu § 24. Die Stelle ist aus der Komödie Epiklerus (Erbtöchter) und wird vollständiger Laelius § 99 angeführt.

comicos 'der Komödie' wie p. Rosc. Am. 47 *utrum hunc comicum*

hos significat credulos, obliviosos, dissolutos, quae vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavae, somniculosae senectutis. Ut petulantia, ut libido magis est adulescentium quam senum, nec tamen omnium adulescentium, sed non proborum, sic ista senilis stultitia, quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium. 37. Quattuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat et caecus et senex; intentum enim animum tamquam arcum habebat nec languescens succumbebat senectuti; tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos: metuebant servi, verebantur liberi, carum omnes habebant; vigeat in illa domo patrius mos et disciplina. 38. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Ut enim adulescentem, in quo est senile aliquid, sic senem, in quo est aliquid adulescentis, proba; quod qui sequetur, corpore senex esse poterit, animo numquam erit. Septimus mihi liber Originum est in manibus; omnia antiquitatis monumenta colligo; causarum inlustrium, quascumque defendi, nunc cum maxime

adulescentem an aliquem ex agro Veiente nominem. Vgl. nachher *senilis*.

hos significat 'unter diesen versteht er'. *significare* mit doppeltem Accusativ nach Analogie der Verba des Nennens.

dissolutos, hier nicht in moralischem Sinne: locker, sondern geistig: 'zerfahren, fahrlässig'; synonym mit *neglegens*.

quae vitia 'dies sind aber Fehler'. *non senectutis*, wir fügen im Deutschen 'überhaupt' und zu *inertis* 'nur' hinzu.

inertis, hier 'unthätig', vgl. § 5 *inerti poeta*.

ignavae, hier in der ursprünglichen Bedeutung 'träge' (von *in* — *gnavus* [= *navus* vgl. *navare*]).

libido 'sinnliche Lust'.

senilis = *senum*.

deliratio 'Aberwitz'.

non, zu § 7 *non in aetate*.

§ 37. *robustos* 'in kräftigem Alter'.

domum 'Hauswesen'.

Appius § 16.

et caecus et senex, signifikante Stellung der Apposition.

intentum, Ggs. *remissus* (§ 28).

tenebat ff. Beachte die Imperfecta und die Asyndeta.

vigeat ff. das Vorhergehende zusammenschließend, Asyndeton summativum: '(kurz) es blühte'.

patrius, zu § 35 *paternam*. Das Adjektiv gehört auch zu *disciplina*.

§ 38. *Ita* = *ea lege*, wie öfter restringierend: 'nur unter der Bedingung'.

emancipata est bildlich 'sich zu eigen gegeben hat', juristisches Wort, das ursprünglich bedeutet: aus seiner Gewalt in die eines andern oder in die Freiheit entlassen.

quod qui sequetur 'wer hiernach (nach der Jugendlichkeit) trachtet?' — (hierauf sein Augenmerk richtet). Beachte diese gar nicht so seltene Bedeutung von *sequi*, s. § 43 a. E.

Originum 'Urgeschichten', ein Geschichtswerk, in welchem C. die Gründungsgeschichte Roms und die der übrigen italischen Gemeinden behandelte.

est in manibus, wie § 22 *in manibus habebat*.

causarum —, *quascumque defendi* 'von allen Prozessen, in denen ich als Verteidiger auftrat'.

nunc cum maxime 'jetzt gerade',

conficio orationes; ius augurium, pontificium, civile tracto; multum etiam Graecis litteris utor Pythagoreorumque more exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. Haec sunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis, in his desudans atque elaborans corporis vires non magno opere desidero. Adsum amicis, venio in senatum frequens ultroque adfero res multum et diu cogitatas easque tueor animi, non corporis viribus. Quas si exsequi nequirem, tamen me lectulus meus oblectaret ea ipsa cogitantem [quae iam agere non possem]. Semper enim in his studiis laboribusque viventi non intellegitur quando obrepat senectus. Ita sensim sine sensu aetas senescit nec subito frangitur, sed diuturnitate exstinguitur.

XII. 39. Sequitur tertia vituperatio senectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus. O praeclarum munus huius aetatis, si quidem id aufert a nobis, quod est in adulescentia vitiosissimum! Accipite enim, optimi adulescentes,

ursprünglich: gerade dann, wann, wobei *maxime* den Zeitbegriff verstärkt (gerade). Dann wird aus der Konjunktion ein Adverb = *hoc maxime tempore*.

conficio 'ich arbeite aus'. Er war der erste unter den Römern, der seine Reden (es waren mehr als 150) aufzeichnete.

tracto 'ich bearbeite'.

Graecis litteris utor 'ich beschäftige mich mit griech. Litteratur'. Zur Sache s. Einl.

Pythagoreorum. In den pythagoreischen *χρονῶ ἔπη* heißt es V. 40 ff.: *Μηδ' ὄπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι, Πῶν τῶν ἡμερῶν ἔργων τρίς ἑκάστον ἐπελθεῖν. Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελεσθῆ;*

exercendae memoriae gratia, irrtümlich, da Pythagoras von seinen Schülern die allabendliche Selbstbeichte offenbar zur Läuterung des Innern, nicht aber zur Übung des Gedächtnisses verlangte.

commemoratio, hier in der ursprünglichen Bedeutung: 'rufe mir in das Gedächtnis zurück'.

Haec alte Femininform (= *hae-ce*). *curricula* 'Tummelplatz'. Die vom Stadium entlehnten Metaphern wa-

ren den Römern sehr geläufig. Vgl. § 83. Mit *desudans* bleibt er im Bilde.

elaborans, zu § 24.

Adsum, speciell, wie öfters: 'leihe gerichtlichen Beistand'.

ultro adfero 'aus eigener Initiative bringe ich zur Sprache'.

multum et diu, zu § 9 *diu multumque*.

cogitatas 'überdachte, erwogene'. *easque tueor* 'und zwar verfechte ich sie'.

lectulus, eine Art Sofa zum Studieren.

viventi ist Dat. *commodi* und gehört sowohl zu *intellegitur* ('merken'), als zu *obrepat* (zu § 4).

sensim ff. Diese schöne Alliteration malt treffend das allmähliche Hinschwinden des Greises.

frangitur 'reißt der Lebensfaden', *extinguitur* 'erlischt'.

Cap. XII—XVIII Widerlegung des dritten Anklagepunktes.

§ 39. *Sequitur* ff. eine Einführungsform des Hauptteiles, s. § 27 und Anh. II A. II.

O praeclarum ff. Epiphonema, s. Anh. II B. XII.

voluptatibus 'sinnliche Vergnügungen'.

enim, zu § 7.

veterem orationem Archytæ Tarentini, magni in primis et praeclari viri, quæ mihi tradita est, cum essem adulescens Tarenti cum Q. Maximo. Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam, cuius voluptatis avidæ libidines temere et ecfrenate ad potiendum incitarentur. 40. Hinc patriæ prodiones, hinc rerum publicarum eversionses, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci, nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero et adulteria et omne tale flagitium nullis excitari aliis illecebris nisi voluptatis; cumque homini sive natura sive quis deus nihil mente præstabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem; 41. nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse, neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quod quo magis intellegi posset, fingere animo iubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima; nemini censebat fore dubium, quin tam diu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset.

Archytas, Pythagoreer, Freund des Plato, ebenso ausgezeichnet als Philosoph, Mathematiker und Astronom, wie als Staatsmann und Feldherr.

in primis, unser 'wie wenige'.

capitalis ist ursprünglich alles, was gegen das physische Leben gerichtet ist = tödtlich, dann allgemeiner, wie hier, 'gefährlich'.

pestis stets bildlich, pestilentia im eigentlichen Sinne.

voluptatis, der Deutlichkeit wegen wiederholt. Der Gen. ist abhängig von *avidus*.

temere 'blindlings'.

ad potiendum 'zum Genuße'; eine Bedeutung, die *potiri* öfters hat, wie § 48 *fruitur* mit *potitur* wechselt. Ergänze aus *voluptatem* voluptate.

§ 40. *rerum publ. eversionses* 'Staatsumwälzungen'.

cum hostibus, zu § 7 *sine querela colloquia* 'Besprechungen'.

denique, wie § 33.

facinus, vox media, gewöhnlich schon ohne *malum* eine schlechte That.

stupra 'Unzucht'.

vero, steigend 'vollends'.

flagitium (vom Stamme FLAG, wovon auch *flagrare* und *flagitare* leidenschaftlich fordern) 'entehrende Schandthat'.

excitari, dagegen § 39 a. E. *incitari*, da dort die Begierden schon vorhanden sind. Daher: dormientem *excitare*, aber *currentem incitare*.

cumque 'da ferner'.

muneri ac dono 'Gabe und Geschenk'. Beide Synonyma hier, wie öfters, ohne wesentlichen Unterschied verbunden. Sonst ist *donum* das allgemeine, *munus* das specielle Wort: eine Gabe zu einem bestimmten Zwecke, oder zu der man verpflichtet ist. S. § 2.

§ 41. *consistere* 'festen Fuß fassen'.

fingere, in der Regel ohne sibi. Zur Form des Exemplum fictum s. Anh. II B. XI.

percipi sc. sensibus 'empfunden werden'.

tam diu, dum. Vgl. Catil. III 16 *tam diu, dum urbis moenibus continebatur*.

agitare 'betreiben', *consequi* 'erfassen'.

Quocirca nihil esse tam detestabile tamque pestiferum quam voluptatem, si quidem ea, cum maior esset atque longior, omne animi lumen exstingueret. Haec cum C. Pontio Samnite, patre eius, a quo Caudino proelio Sp. Postumius, T. Veturius consules superati sunt, locutum Archytam Nearchus Tarentinus, hospes noster, qui in amicitia populi Romani permanserat, se a maioribus natu accepisse dicebat [cum quidem ei sermone interfuisset Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Camillo Appio Claudio consulibus reperio]. 42. Quorsus hoc? Ut intellegeretis, si voluptatem aspernari ratione et sapientia non possemus, magnam habendam esse senectuti gratiam, quæ efficeret, ut id non liberet, quod non oporteret. Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est, mentis, ut ita dicam, præstringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. Invitus feci, ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem, L. Flamininum, e senatu eicerem septem annis post, quam consul fuisset, sed notandam putavi libidinem. Ille enim, cum esset consul in Gallia, exoratus in convivio a scorto est, ut securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est; mihi vero et Flacco neutiquam probari

Caudino proelio, 321 im 2. Samnitenkriege.

Nearchus, ein Pythagoreer.

in amicitia — permanserat 'treu geblieben war'.

cum quidem könnte nur zu *locutum esse* gehören.

L. Camillo — consulibus 349. Diese Reise Platos im vorletzten Jahre seines Lebens ist wenig wahrscheinlich.

§ 42. *Quorsus hoc?* zu § 13.

habendam — gratiam 'Dank wissen'; *gratias agere* 'mit Worten danken'; *gratiam referre* 'vergeltet'.

ut id — oporteret 'dals uns nicht nach dem Unerlaubten gelüste'. *oportere* von dem, was in der Ordnung ist, sich gebührt.

ut ita dicam ist wegen der Ungewöhnlichkeit der Metapher (sonst sagt man nur *mentis aciem præstringere*) hinzugefügt.

commercium 'Verkehr'.

Invitus feci, ut. Die Umschreibung in dem Sinne: 'nur ungern habe ich mich entschlossen'.

fortissimi viri T. Fl. 'des wackern T. Fl.', *viri* ist im Lat. notwendig, da ein Adj. nicht unmittelbar mit einem Nom. propr. verbunden zu werden pflegt. *T. Flamininus*, § 1.

notandam 'brandmarken', stehender Ausdruck von der Rüge des Censors.

in Gallia sc. *cisalpina*, wo er als Konsul 192 die Boier bekriegte.

exoratus — est 'er liefs sich erbitten', zu § 24 *elaborare*.

securi ferire 'enthaupten'.

essent gehört zu *in vinculis*.

rei capitalis = *capitis* 'wegen eines Kapitalverbrechens'. *caput* häufig tropisch: physisches Leben und bürgerliche Existenz, vgl. § 39 *capitalior pestis*.

Tito — censore, 5 Jahre vor Cato, also 189.

proximus ante me 'mein Vorgänger'.

elapsus est 'kam durch, entwichte' ohne Strafe.

L. Valerius Flaccus, der andere Censor.

potuit tam flagitiosa et tam perdita libido, quae cum probro privato coniungeret imperii dedecus.

XIII. 43. Saepe audiui ex maioribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quod, cum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset a Thessalo Cineas esse quendam Athenis, qui se sapientem profiteretur, eumque dicere omnia, quae faceremus, ad voluptatem esse referenda. Quod ex eo audientes M. Curium et Ti. Coruncanium optare solitos, ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. Vixerat M. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulem se pro re publica quarto consulatu devoverat; norat eundem Fabricius, norat Coruncanium; qui cum ex sua vita tum ex eius, quem dico, Deci facto indicabant esse profecto aliquid natura pulchrum atque praeclarum, quod sua sponte peteretur, quodque sprete et contempta voluptate optimus quisque sequeretur. 44. Quorsus igitur tam multa de voluptate? Quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magno opere

flagitiosa, zu § 40 *flagitium*, *privato* 'persönlich'.

imperii dedecus 'Entehrung des Amtes', mit absichtlicher Vernachlässigung der Concinnität, stärker als *publicum ded.* Chiasmus.

§ 43. *audiui*, zur Abwechslung hier und weiter unten mit *eo*, dazwischen zwei Mal mit *a* konstruiert. *porro* 'wieder', hier die Reihenfolge rückwärts bezeichnend.

C. Fabricium § 15.

regem, wie gewöhnlich, vorangestellt; Ciceros Rede pro rege Deiotaro.

Cineas, Schüler des Demosthenes, des Pyrrhus gewandter Unterhändler.

esse, mit Nachdruck vorangestellt, zu § 8.

quendam, Epikur, gest. 270, Stifter der epikureischen Schule.

profiteri, stehend von dem, der sich öffentlich für den Vertreter eines Berufes erklärt oder ausgiebt, wird in der Regel mit doppeltem Accusativ ohne *esse* verbunden.

ad vol. — *referenda* = voluptate esse metienda (vgl. § 45) 'die Sinnenlust zum Maßstabe alles Han-

delns machen'. In Wahrheit ist die *ἡδονή* des Epikur nicht sinnliche Lust, sondern besteht in der Freiheit von Aufregungen der Seele (*ἀταραξία*).

Curius, Coruncanium § 15.

vivere cum aliquo, vom vertrauten Umgange, nicht bloß von der Gleichzeitigkeit.

P. Decius Mus weihte sich in der Schlacht bei Sentinum 295 dem Opfertode (Liv. X 27 ff.).

eundem, Decium.

natura 'an und für sich'.

aliquid — *pulchrum*, nicht etwas Schönes, sondern: 'etwas, was —'

sprete et contempta, zwei mit einander verbundene synonyme Verba entsprechen öfters im D. einem durch ein Adverb näher bestimmten Verbum. So § 57 *invitat atque allectat* (unwiderstehlich), *fundi fugarique* (völlig), *orare atque obsecrare* (inständigst), *relinquere ac deserere* (gänzlich).

optimus quisque 'alle Guten'.

sequeretur 'trachten, im Auge haben', zu § 38 *quod qui sequetur*.

§ 44. *Quorsus* ff., zu § 13.

desiderat. Caret epulis exstructisque mensis et frequentibus poculis. Caret ergo etiam vinulentia et cruditate et insomniis. Sed si aliquid dandum est voluptati, quoniam eius blanditiis non facile obsistimus — divine enim Plato escam malorum appellat voluptatem, [quod ea videlicet homines capiantur ut pisces] —, quamquam immoderatis epulis caret senectus, modicis tamen conviviis delectari potest. C. Duellium Marci filium, qui Poenos classe primus devicerat, redeuntem a cena senem saepe videbam puer; delectabatur cereo funali et tibicine, quae sibi nullo exemplo privatus sumpserat; tantum licentiae dabat gloria. 45. Sed quid ego alios? Ad me ipsum iam revertar. Primum habui semper sodales. Sodalitates autem me quaestore constitutae sunt sacris Idaeis Magnae Matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, sed erat quidam fervor aetatis; qua progrediente omnia fiunt in dies mitiora. Neque enim ipsorum convivorum delectationem voluptatibus corporis magis quam coetu amicorum et sermonibus metiebar. Bene enim maiores 'accubitionem epularem amico-

Caret epulis 'es entbehrt, muß sich versagen'; nachher *Caret ergo* 'fühlt sich also auch frei'.

exstructis 'reich besetzt', eigentlich aufgebaut. Tusc. V 62 *mensae conquisitissimis epulis exstruebantur*.

si aliquid dandum est 'wenn wirklich etwas eingeräumt werden muß'; vgl. zu § 35 *si* — *aliquando*.

divine, wie öfters = *praeclare*.

escam, Plat. Timaeus p. 69 D. *κακοῦ δέλεαρ*.

devicerat bei Mylä 260, zu § 32 *depugnavi*.

cereo funali 'Wachsfackel'. Zur Sache vgl. Liv. Perioch. 17. *perpetuus honos habitus est, ut revertenti a cena tibicine canente funale praeferreretur*; Val. Max III c. 4 *Duilius — ad funalem cereum praecunte tibicine et tibiis a cena domum reverti solitus est*.

nullo exemplo 'ohne vorhergegangenes Beispiel'.

sibi — *sumpserat* 'sich herausgenommen hatte'.

§ 45. *Sed quid ego alios* sc. commemoro. Revocatio, zu § 3. S. Anh. II A. VI.

Ad me ipsum ff. Reditus ad propositum (zu § 32 *sed redeo ad me*),

hier mit der Revocatio verbunden. S. Anh. II A. VII.

Primum entspricht anakoluthisch dem *quoque* § 46.

autem, zu § 7.

Sodalitates 'Klubgesellschaften'.

quaestore, 204.

sacris — acceptis 'nach Einführung des —'. Der Kultus der Göttin Cybele (magna mater deorum) wurde am Ende des 2. punischen Krieges (204) von Pessinus und dem Berge Ida in Phrygien eingeführt (Liv. XXIX 10 ff.).

igitur, den Gedanken nach der Zwischenbemerkung wieder aufnehmend.

omnino — sed, zu § 28 *omnino canorum*.

quidam vor dem Substantivum mildert den Begriff desselben.

fervor aetatis 'Feuer der Jugend'. Diese Bedeutung von *aetas* ergibt sich aus dem Zusammenhange. Überdies hätte Cicero *adulescentia* nicht setzen können, da *qua progrediente* folgt.

amicorum gehört zu beiden Ablativen.

metiebar, zu § 43 *referenda*.

accubitionem epul. wir 'Zusammensitzen bei Tisch'.

